1496. d. 26 Mar.  Ex Ms: Arch. Metrius Rmi.

Legatio oratorum Galliae regis ad Mar-
chionem Mantuanum facta.

Non aequo fert animo rex non
princeps Illustris, ita ferre dispensatricem
humanarum rerum fortunam, prius enim tibi one-
ri, quam usui esse praesens petere, quam confer-
re beneficium. Sed eum hanc quam novita-
re spem esse, ut confidenter ab ami-
citiae res necessariae expetantur, tam hoc tem-
pore non erubuerit, rogatque cum anni
tamen sint militiae habiles, compacta mē-
bra; corpus solidum, statura iusta, et ami-
litari cultura non abhorrens; imprimis ex-
perientia bellica et rei militaris non
mediocris cognitio, velis ipsius auspicio
contra Neapolitanum subditiuum regem
militare. Quae res ~~tantox~~ honori tantae uti-
litati tibi erit non mediocri, aes enim in
stipendium et tibi et tuis ex aerario
numerabitur. Etsi Deus O. M. optatum
finem rebus imposuerit, et te tuosque
spes alta et indubia manet, experire
namque, quam sint Galliarum reges in eos,
qui eos insequuntur fidem, liberales, adversis
in rebus

in rebus contractes secundis propicii.

Responsio ejusdem Marchionis Legatis Galliæ Regis data.

Seria vestræ Legationis intellecta optaremus posse desideriis regiæ Mtis nos condescendere et obtemperare voluntati, sed cum fides imprimis sit solvenda, eam Venetiæ Senatoribus obstrictam, illæsam præstare conveniet. Armosam namque operam aurô à nobis emerunt. Quare non poterimus simul regiæ Mtti morem gerere et satisfacere pollicitationibus, quod si regia dignitas eos antevertisset, inclinatiores fuissemus ipsi gratuitam, quam illis mercenariam operâ exhibere